



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis
vitae Christianæ**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1577

VD16 D 1959

Quam diligenter sint audienda verba Dei 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

Quam diligenter sint audienda
verba Dei,

Articulus. I.

Eccl. 5.

1. Ioan. 4.

*Prædestina-
tionibus sig-
num.*

Ioan. 8.

Gregor.

Sto mansuetus ad audiendū
verbum Dei. Quanto rem a-
liquā magis diligimus, tan-
to libētius de ea loquimur,
& loqui audimus, Vñ de amatoribus
huius sæculi Iohan. ait: Ipsi de mundo
sunt, & de mundo loquuntur, & mun-
dus eos audit. Qui ergo Deum veraci-
ter diligit, qui æternam beatitudinē ap-
petit: & seipm in Deo spiritualiter a-
mat: is verba diuina audit libēter, reti-
net diligēter, implet feruenter. Quod v-
tique signū est p̄destinationis æternæ.
Hinc nēpe ait saluator: Qui est ex Deo
verba Dei audit. Propterea vos nō au-
ditis: q̄a ex Deo nō estis. Verbū enim
Dei seu sacra scriptura, cibus est aīæ.
Quēadmodū ergo ei⁹ vita naturalis de-
speratur, q̄ corporalē cibū non sumit,
aut sumptū non tenet, sed euomit: sic
vita gratiæ desperatur de illo, q̄ verba
Dei non curat diligēter audire, memo-
riter retinere, efficaciter q̄ implet, vt di-
cit Gregori⁹: Tu vero charissime, verba
Dei attēte, affectuose, reuerenter atque
humi-

humiliter audi, lege, pertracta, & lo-
 quere tanquam epistolam tibi à spiri-
 tu sancto trāsmiſſam. Nec enim ſufficit
 ea ſcire. ſiue recolare: ſed operib⁹ quo-
 q; neceſſe eſt ea implere, quemadmo-
 dum ait *Pſal.* In corde meo abſcondi
 eloquia tua, vt non peccem tibi. De-
 nique, Seruus ſciens voluntatem do-
 mini ſui, & non faciens, plagis vapu-
 labit multis, ait ſaluator. *Iacob. 4.*
Iacob. 4. que in ſua canonica: Scienti, inquit,
 bonum, & non facienti peccatum eſt
 illi. Hinc *Auguſtinus* diſſeruit: Non
 minus dignum, eſt verbum Dei, quā
 corpus Chriſti. Idcirco non min⁹ reus
 eſt qui verbū Dei negligenter audit, q̄
 ille qui corpus Chriſti in terram cade-
 re ſua negligentia permittit. Quoniā
 ergo Deo ordinate (ſine cuius prou-
 dentia nec arbor mouetur, nec fo-
 lium eius dilabitur) iſta tibi conſcri-
 bo, cuius ſalutem ardentiffime cupio:
 precor vt ea diligentia & affectu tan-
 to hæc legas, quā diligenter atque
 feruenter pro tua exhortatione de-
 ſcripta ſunt. Hoc namque ad natura-
 lē præclaræ indolis tuæ pertinet bo-
 nitatem. *Scriptū eſt enim: Auris bona*

1 7 cum

Pſal. 113

Lucæ 12.

Iacob. 4.

Auguſtinus

Eccle. 31

cum omni concupiscentia audiet sapientiam.

Sapient. 6.

1. Cor. 1.

Quod quàm meritorium Deo què placitum sit, per quendam sapientem dicitur: Concupiscentia sapientiae deducet ad regnum perpetuū. Non utiq; sapientia huius mundi, non sapientia philosophorum, poetarū, aut rhetorum (quoniam teste Apostolo, stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. Principem quoque philosophorum Aristotelem, gloriosus & sanctus pater noster Hieronymus principē nominat fatuorum) sed de sapiētia sacrae atque diuinæ scripturæ rite intelliguntur verba præmemorata. Nonne vani ac fatui sunt, qui relictis his, quæ ad salutem animæ requiruntur, quomissa diuinorum præceptorum custodia, & salutaris scripturarum sanctarum notitia, in superuacuis (puta in his quæ Deus non requirit ab eis) iugiter occupantur? Hinc tales videmus infinitis vanitatibus obfusari, sine timore Dei conuersari, ludis, iocis, ac risibus (ut de grauioribus vitijs taceam) delectari. Nunquid hæc est via arcta ducens ad vitam, quam (Christo docente) inueniunt pauci. Fac
ergo

DE
ergo q
tiora te
scrutat
Deus, i
uacuis
ter. I
creatur
venera
rimum
fuit sc
ctet te
quam
studio
confi
Quan
tua, su
testim
sum, s
Bonu
auri &
sanct
vita c
mitu
di sep
tatio
iuna
cut fl
In s
est v

ergo quod docet sermo diuinus. Al. Eccle. 3.

tiora te ne quæstieris, & fortiora te ne
scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi
Deus, illa cogita semper. Et, In super-
uacuis rebus noli scrutari multiplici-
ter. Denique quid prodest cognitio
creaturarum, sine dilectione ac debita
veneratione creatoris? Imò utiq; plu-
rimum obest, damnabilioremque ef-
ficat sciolum. Non igitur magis dele-
ctet te studium naturalis philosophiæ,
quam theologiæ: sed in intellectu ac
studio sacræ paginæ delectatio tua
consistat præcipua, vt dicere possis:

Psal. 118.]

Quam dulcia faucibus meis eloquia
tua, sup melori meo. Et rursus, In via
testimoniorum tuorum delectatus
sum, sicut in omnibus diuitijs. Item q̄s.
Bonum mihi lex oris tui, super milia
auri & argenti. Hoc expertus Hugo de
sancto Victore, Nihil (inquit) in hac
vita dulcius sentitur, nihil audius su-
mitur, nihil sic mētem ab amore mū-
di separat, nihil sic animū contra ten-
tationes roborat, nihil hominem sic
iuuat & excitat ad omne bonum, si-
cut studium sacræ scripturæ. Et iterū,
In sacra scriptura quicquid docetur,
est veritas, q̄ quid præcipitur bonitas,
quicquid

*Hugo.
Studij sacræ
scripturæ va-
lhet vili-
tas.*

quicquid promittitur, felicitas. Itaque hoc est saluberrimum studium, quod discit homo cognoscere semetipsum, vitam corrigere, in omni gratia spiritus sancti proficere. Idcirco hortatur Augu. Vtere lectiōe diuina pro speculo, cæda in te corrigendo, pulchra cōseruādo, pulchriora agendo. Pinguis-
 August.

 simus est sermo diuinus, omnes in se delicias continens. Cū hoc speculū oculis mentis opponimus, faciē nostrā internam conspiciamus: ibi sentimus quantum profecimus, quantumue à perfectione distamus. Hinc ait Isidorus: Geminum confert donum lectio scripturarum: quoniam mentis intellectu erudit, atque à mundi vanitatibus abstractum hominem ad amorem Dei perducit. Nunquid huius sapientiæ studio aliud aliquod potest sciētię studiū cōparari? Præterea audi Gregoriū, Quāuis (inquit) omnem scientiam & doctrinam sacra scriptura sine aliqua comparatione transcendat, quæ vera prædicat, ad coelestem patriam vocat, à terrenis desiderijs ad superna amplectenda cor legentis inuitat, quę nec sic clausa est, vt pauesci debeat, neque sic patet vt vilescat, quæ vsu fastidium
 tollit,

Gregor.

DE A
 tollit
 to amp
 scienti
 curior
 quoque
 scriptu
 bis. Cu
 uinæ:
 bilissi
 ternæ
 fulgo
 ius Le
 acuit,
 rem ca
 dinis
 lachry
 facit:
 ctus le
 strema
 tiæ fir
 turali
 tus, it
 ingen
 bonar
 mus E
 lectat
 pient
 & exc
 ui spo

tollit, & tanto amplius diligitur, quāto amplius meditatatur: omnes tamen scientias & doctrinas, etiam ipso locutionis suæ more transcendit. Hinc quoque ait Hieronymus: Ama studia *Hieron.* scripturarum, & vitia carnis nō amabis. Cupio ergo animam tuam hac diuinæ scripturæ supernaturali ac nobilissima sapientia adornari, quæ æternæ summæ & increatæ sapientiæ fulgor quidam radiusq; consistit: cuius Lectio (teste Hieronymo) sensum *Hieron.* acuit, intellectum multiplicat, teporem calefacit, torporem repellit, libidinis tela extinguit, gemitum excitat, lachrymas elicit, Deo nos proximos facit: cui cum studemus, spiritus sanctus loquitur nobis, vt ait Isidorus. *Isidorus.* Po-
 stremo huius sacræ ac salutaris scientiæ singulariter capax es, cum & naturali acumine intellectus sis decoratus, ita vt illud dicere queas: Puer erā *Sapient. 8.* ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. Det itaque tibi clementissimus Deus tantam huius sapientiæ delectationem, vt cum authore libri sapientiæ veraciter dicas: Hanc amaui & exquisiui à iuuetute mea, & quæsiui sponsam eā mihi assumere, & amator

tor factus sum forme illius, Intrans in domum meā conquiescā cum illa. Nō enim habet amaritudinē conuersatio eius, nec tedium conuictus illius, sed gaudium atque lætitiā. Hinc Salomon loquitur: Pretiosior est sapientia cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari. Absit ergo, vt animam tuam in inferioribus vilioribusque scientijs occupes.

Prouer. 3.

De duplici hominum via.

Articul. I I.



Vstorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectā diem: via autē impiorū tenebrosa nesciunt vbi corruunt. Quemadmodum in prima epistola sua contestatur beatissimus euangelista Iohan. Deus lux est, & tenebræ non sunt in eo vllæ. Deus nanque secundum diuinum & magnum Dionysium, est lux pura, plena, & infinita, fontalis, vitalis, & intellectualis, & superpulcherrima. Cum ergo ipse sit terminus viæ peregrinationisque nostræ,

Prouer. 4.

1. Iohan. 1.

Dionysius.